Obedite praepositis vestris, et subjacete illis; ipsi enim pervigilant pro animabus vestris tamquam rationem reddituri; Paulus magnus apostolus praecipit. Itaque beatissimum papam Nicolaum tamquam organum Sancti Spiritus habentes, necnon et sanctissimum Hadrianum, papam successorem ejus, definimus atque sancimus etiam omnia quae ab eis synodice per diversa tempora exposita sunt, et promulgata, tam pro defensione ac statu Constantinopolitanorum ecclesiae, et summi sacerdotis ejus, Ignatii videlicet, sanctissimi patriarchae, quam etiam pro Photii neophyti et invasoris expulsionem ac condemnationem, servari semper et custodiri cum expositis capitulis immutata pariter et illaesa, et nullum episcoporum, aut presbyterorum, vel diaconorum, aut quempiam de catalogo clericorum evertere, vel reprobare aliquid horum audere. Quisquis autem post hanc definitionem nostram comprehensus fuerit spernens quidquam capitulorum et decretorum quae ab illis exposita sunt, si quidem sacerdos fuerit, aut clericus, a proprio decidat honore simul et ordine: monachus autem, vel laicus, cujuscumque sit dignitatis, segregetur, donec poenitens profiteatur se conservaturum praedictorum editionem.

III.

Ut honoretur et adoretur imago domini nostri Jesu-Christi, aequae ut sanctorum libri evangeliorum, et figura pretiosae Crucis, similiter et intemeratae matris ejus et Dei genitricis Mariae, et omnium sanctorum, necnon coelestium ministrorum.

Sacram imaginem Domini nostri Jesu-Christi, et omnium liberatoris aequo honore cum libro sanctorum evangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per syllabarum eloquia, quae in libro feruntur, salutem consequemur omnes, ita per colorum imaginariam operationem, et sapientes et idiotae cuncti, ex eo quod in promptu est, perfruuntur utilitate; quae enim in syllabis sermo, haec et scriptura, (*pictura*) quae in coloribus est, praedicat, et commendat; et dignum est, ut secundum congruentiam rationis, et antiquissimam traditio-

Tomo III.

II.

Que se observen las definiciones sinódicas de los beatísimos papas de Roma Nicolás y Adriano para el restablecimiento del santísimo patriarca Ignacio en la silla de Constantinopla, y para espulsion y condenacion del neófito Phocio.

El gran apóstol San Pablo, dice: *Obedeced á vuestros superiores, y estadles sumisos, porque ellos velan, como que han de dar cuenta de vuestras almas.* Por lo tanto, teniendo como órganos del Espíritu Santo á los beatísimos papas Nicolás y al santísimo Adriano, sucesor suyo, definimos y sancionamos cuanto en tiempos diversos espusieron y promulgaron sinódicamente; tanto en defensa y en favor del estado de la iglesia de Constantinopla, y de su patriarca Ignacio, cuanto para espeler y condenar á Phocio, neófito intruso, queriendo que se observe y guarde en union de los capítulos espuestos, y que ningun obispo, presbítero, diácono ó clérigo se atreva á contrariar ó reprobar cosa alguna; y si despues de esta definicion se encontrare algun transgresor, si es sacerdote ó clérigo, perderá su honor y orden; y si monge ó lego, de cualquier dignidad, será segregado hasta tanto que arrepentido prometa conservar lo espuesto.

III.

Que se honre y adore la imágen de Nuestro Señor Jesucristo, los libros de los Santos Evangelios, la imágen de la Cruz, la de la inmaculada Virgen Maria, la de todos los Santos y las de los ministros celestiales.

Determinamos que se tribute igual honor á la sagrada imágen de nuestro Señor Jesucristo, Salvador de todos, que al libro de los Santos Evangelios; pues así como por lo que se lee en ellos, todos conseguiremos la salvacion; del mismo modo, por la imágen pintada de Jesucristo, los sabios é idiotas sacan gran utilidad; pues lo mismo predicán y recomiendan los escritos, que las pinturas: y es conveniente que siguiendo la razon y la tradicion antiquísima, por causa del honor, como que se refieren á los objetos que representan, debén tambien

nem propter honorem, quia ad principalia ipsa referuntur, etiam derivative iconae honorentur, et adorentur aeque ut sanctorum sacer evangeliorum liber, atque typus praetiosae Crucis. Siquis ergo non adorat iconam salvatoris Christi, non videat formam ejus, quando veniet in gloria paterna glorificari et glorificare sanctos suos: sed alienus sit a communione ipsius et claritate: similiter autem, et imaginem intemeratae matris ejus, et Dei genitricis Mariae: insuper et iconas sanctorum angelorum depingimus, quemadmodum eos figurat verbis divina scriptura; sed et laudabilissimorum apostolorum, prophetarum, martyrum, et sanctorum virorum, simul et omnium sanctorum, et honoramus et adoramus. Et qui sic se non habent anathema sint a Patre, et Filio et Spiritu-Sancto.

IV.

De eo quod neophytus Photius numquam fuisse videatur episcopus, neque illi qui in quolibet sacerdotali gradu consecrati sunt, putentur tales esse quales eos ille nominavit, neque dimittendi sunt eis honores, qui ab eo collati sunt, sed subvertenda esse omnia quaecumque ille ad dandum aliis gradum sacerdotii operatus est.

Amorem principatus utpote quamdam malam radicem exortorum in ecclesia scandalorum, radicibus excidentibus, eum qui temere et praevaricatorie ac irregulariter, veluti quidam gravis lupo, in Christi ovile insiliit, Photium scilicet, qui mille tumultibus et turbationibus orbem terrae replevit, justo decreto damnamus, promulgantes numquam fuisse prius aut nunc esse episcopum, nec eos qui in aliquo sacerdotali gradu ab eo consecrati vel promoti sunt manere in eo ad quod profecti sunt: insuper et eos qui ab illo consuevit orationes ad praepositurae promotionem susceperunt, ab hujusmodi patrocinio coercemus. Sed et ecclesias, quas, ut pulatur, tam Photius, quam ii qui ab ipso consecrati sunt, dedicaverunt, vel si commotas mensas stabilierunt, rursus dedicari, et inthronizari atque stabiliri decernimus: omnibus maxime quae in ipso, et ab ipso, ad sacerdotalis gradus acceptionem vel damnationem acta sunt in irritum ductis. Dicit enim universorum Deus per Prophetam: *Quia tu scientiam repulisti, et ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi; et oblita est legum Dei tui, et ego obliviscar filiorum tuorum. Si secundum multitudinem eorum sic peccaverunt mihi, gloriam ipsorum in inhonorantiam ponam; peccata populi mei comedent, et in injustitiis suis accipient animas suas. Et iterum dicit: Quia multiplicavit Ephrem altaria in peccatum, facta sunt ei altaria delicta: scribam in ea multitudinem.*

(a) La palabra *adorar* no significa aquí un culto de latría, que solo se debe a Dios; sino únicamente un culto de respeto de veneración.

(b) Compárese esta sentencia con lo que dice el Apóstol a

derivativamente honrarse y adorarse (a) las imágenes, como el libro sagrado de los Evangelios y la figura de la Cruz preciosa. Por lo tanto, el que no adora la imagen del Salvador, no debe ver su forma cuando venga en la gloria del Padre a ser glorificado y (b) a glorificar a sus Santos; sino que sea privado de su comunión y claridad: lo mismo debe hacerse con la imagen de la intemerada virgen María; además, pintamos las imágenes de los santos ángeles como con palabras nos los representa la Escritura divina. También honramos y adoramos las de los apóstoles, profetas, mártires y las de todos los santos. Los que no se conformen con esta doctrina, sean anatematizados por el Padre, por el Hijo y por el Espíritu Santo.

IV.

Que el neófito Phocio parece que jamás ha sido obispo, y que los consagrados en cualquier grado sacerdotal no sean reputados como él los nombró, ni se les den los honores que este les confirió: sino que deben destruirse cuantas cosas él hizo para dar a otros el grado del sacerdocio.

Cortando de raíz el deseo de mando, como una mala semilla de los escándalos producidos en la iglesia; condenamos con justicia al que con temeridad, prevaricación e irregularidad, se echó sobre el rebaño de Cristo, cual un lobo terrible. Este es Phocio, que llenó la tierra de infinitos tumultos y trastornos: promulgando nosotros al efecto, que ni antes ni ahora ha sido obispo, y que cuantos por él han sido promovidos ó consagrados sacerdotes, no sean considerados con el grado a que ascendieron: además, separamos del patrocinio de él a los que recibieron sus acostumbradas oraciones para ascender a cualquier prelacia. Igualmente mandamos que vuelvan a dedicarse, entronizarse y establecerse las iglesias consagradas por Phocio ó por los que lo fueron por él: lo mismo ordenamos respecto a los altares portátiles; y anulamos cuanto se hizo en su dominación, ó por él mismo, relativo a la recepción del grado sacerdotal; ó a la condenación, pues el Dios del universo dice por órgano del profeta Oseas: *Porque tú desechaste la ciencia, yo te desecharé a ti, para que no ejerzas mi sacerdocio: y pues olvidaste a ley de tu Dios, yo también me olvidaré de tus hijos. Segun se multiplicaron ellos, así multiplicaron sus pecados contra mí: su gloria la trocaré en ignominia. Comerán los peccados de mi pueblo, y a la maldad de este levantarán sus almas. Y en otro parage: Porque multiplicó Ephrem los altares para pecado, estos le sirvieron de delitos: escribiré en ellos la vileza.*

los Tesalonicenses: *Qui poenas dabunt in interitu aeternae facie Domini et a gloria virtutis ejus, cum venerit glorificari a sanctis suis.*

V.

Quod non oporteat de senatoria dignitate, vel de aliquo laicorum ordine, nuper tonsuram eligi, vel suscipi patriarcham, nisi secundum definitionem, quae prolata est ab hac sancta et magna synodo, inveniatur.

Omnem canonicam stabilitatem in ecclesiis semper manere in Christo providere cupientes, renovamus et confirmamus terminos et vacationes, (*variationes*) quae olim a sanctis apostolis, et beatis patribus nostris editae, legem in ecclesia posuerunt, non oportere anlistitem promovere quemquam, qui est vel secundum fidem vel secundum sacerdotalem sortem neophytus, *ne inflatus, in iudicium incidat, et laqueum diaboli*, sicut dicit Apostolus. Prioribus ergo canonibus concordantes, definimus; neminem de senatoria dignitate, vel mundana conversatione nuper tonsuram super intentione vel expectatione pontificatus vel patriarchatus honoris, clericum, aut monachum factum, ad huiusmodi scandere gradum; licet per singulos ordines divini sacerdotii plurimum temporis fecisse probetur: neque enim propter religionem vel amorem Dei, aut propter expectationem transeundi viam virtutum, sed ob amorem gloriae, ac principatus tonsura huiusmodi reperitur: magis autem coercemus huiusmodi, si ab imperatoria dignitate ad hoc compellatur. Si vero quis per nullam suspicionem praedictae concupiscentiae expectationis, sed propter ipsum bonum humilitatis, quae est circa Christum Jesum, abrenuntians mundo, fiat clericus, aut monachus, et omnem gradum ecclesiasticum transigens, per definita nunc tempora irreprehensibilis inventus extiterit, et probatus, ita ut in gradu lectoris annum compleat, in subdiaconi vero duos, sitque diaconus tribus, et presbyter quatuor annis, bene placuit huic sanctae et universali synodo eligi hunc et admitti. Circa hos autem qui religiose morati sunt ordine clericorum, et monachorum, digni iudicati sunt pontificatus dignitate pariter et honore; praedictum tempus abbreviamus, nimirum secundum quod episcoporum praelati probaverint, qui per tempora fuerint. Si vero praeter hanc definitionem nostram, quisquam ad iam factum supremum honorem proventus extiterit, reprobetur, et ab omni sacerdotali operatione prorsus abjiciatur, utpote qui extra sacros canones sit promotus.

VI.

De prologo anathemate contra Photium, etiam propter falsorum vicariorum contra beatissimum papam Nicolaum inventionem, et contra eum ficte ac falso scriptorum libellorum, et quod oporteat omnes qui simile quid egerint abjicere, et anathematizare.

Quoniam quidem apparuit Photius post pro-

VI.

Que no conviene que se nombre patriarca á ninguno de los senadores, ni tampoco al lego (que) acabe de hacerse clérigo; sino que para esta dignidad se observe lo que propone este santo y gran concilio.

Deseando toda estabilidad canónica en las iglesias cristianas, renovamos y confirmamos los términos y variaciones prescritos antiguamente por los santos apóstoles y por los bienaventurados Padres nuestros, los que pusieron la ley en la iglesia y en los que se lee, que no conviene elevar á prelado al neófito segun la fé ó segun la suerte sacerdotal; *no sea que ensoberbecido incurra en el juicio, y caiga en el lazo del diablo*, segun dice el Apóstol. Y poniendo al efecto en consonancia los antiguos cánones ordenamos, que ningun senador ni lego que con intento ó en expectativa del pontificado ó patriarcado acabe de hacerse clérigo ó monge, asienda á tal grado, aunque se pruebe haber ejercido mucho tiempo los distintos órdenes del divino sacerdocio; pues que no merece este ascenso, por no haberse tonsurado por causa de la religion ó amor de Dios, ó por la esperanza de andar por el camino de las virtudes; sino por haberlo realizado por amor á la gloria y al mando: pero aun reprendemos mas al sugeto que fuere impelido para dar este paso por el emperador. Mas si alguno sin sospecha de tal codicia renuncia al mundo solo por la humildad, que está inmediata á Cristo Jesus, hágase clérigo, ó monge; y despues de haber pasado por todos los grados eclesiásticos y encontrádose irreprehensible, transcurrido mucho tiempo, y luego de aprobado, habiendo desempeñado un año completo los officios de lector, dos el de subdiácono, tres el de diácono y cuatro el de presbítero, en tal caso ha parecido bien á este santo y universal concilio que semejante sugeto pueda ser elegido y admitido. Tambien se han juzgado dignos de la dignidad y honor del pontificado los monges que han vivido religiosamente, y han obtenido los grados acabados de espresar, abreviando el término designado, á prudencia de los obispos. Y si alguno, despues de esta definicion nuestra, fuere en contra de ella elevado al supremo honor, sea desechado y privado de todo ministerio sacerdotal, como promovido en contra de los sagrados cánones.

Del anatema fulminado contra Phocio por la falsificacion de vicarios en contra del beatísimo Papa Nicolás, y por los libelos escritos ficticia y falsamente contra el mismo; y que conviene que se arrojen y anatematicen cuantos hayan ejecutado cosas iguales á las suyas.

Y porque se ha descubierto que Phocio, despue

latam contra se justissimam sententiam, et damnationem a sanctissimo papa Nicolao propter nequissimam invasionem Constantinopolitanorum ecclesiae cum aliis malis operibus suis, etiam quosdam nequam et adultores de plateis et vicis invenisse, et vicarios hos sanctissimarum trium patriarchalium sedium orientis nominasse ac proposuisse, atque cum his ecclesiam malignantium, et concilium vanitatis colligens, depositorias accusationes, et crimina contra beatissimum papam Nicolaum commovisse; et anathema procaciter et audacter contra eum, et cunctos communicantes ei, saepe promulgasse, quorum quasi monumentorum libros nos quoque vidimus, ab ipso maligno opere ac fallaci dictatione consutos, qui etiam synodice ab igne consumpti sunt; hujus rei gratia pro cautela ecclesiastici ordinis anathematizamus quidem primitus praedictum Photium etiam propter hujusmodi causam: deinde vero et omnem qui a modo in calliditate fraudulenter egerit, et verbum veritatis adulteraverit, et falsos vicarios simulaverit, vel libros dictatus mendacis finxerit, et ad priorum favorem votorum commentatus fuerit, quemadmodum, et fortissimus pietatis athleta Martinus, sanctissimus papa Romanus, tales synodice pepulit.

VII.

Quod non oporteat anathematizatos a sancta et universali synodo honorandas, et sanctas imagines pingere, vel docere disciplinas divinae ac humanae sapientiae.

Quod justum est, et juste exequendum, deiloquus Moyses evidenter lege promulgat. Cum bonum non sit bonum nisi secundum rationem efficiatur; bonum ergo profecto, et valde proficuum est, sanctas et venerabiles iconas pingere, sed et proximos disciplinas divinae ac humanae sapientiae docere: non autem bonum est, nec omnino proficuum, ab indignis horum aliquid fieri. Hujus rei gratia nequaquam iconas operari in sacris templis, sed neque in quovis loco docere anathematizatos ab hac sancta et universali synodo definimus et promulgamus, usquequo a propria seductione ac malitia convertantur. Quisquis ergo post hanc definitionem nostram ad picturae sanctarum imaginum in ecclesiis aut doctrinae actionem quoquomodo eos admiserit, si quidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur, si vero laicus, separetur, et divinatorum mysteriorum communione privetur.

VIII.

Quod non oporteat quemcumque patriarcham sanctae et Constantinopolitanorum ecclesiae exigere chirografa a sacerdotali catalogo ad propriam quasi stabilitatem atque securitatem.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, om-

de la justísima sentencia pronunciada contra él por el santísimo Papa Nicolás, á causa de la muy perversa intrusion en la iglesia de Constantinopla, y además por otras malas obras suyas, ha encontrado algunos perversos y viles adultores de plazas y aldeas, habiéndolos nombrado y propuesto como vicarios de las tres santas sedes patriarcales de Oriente; y habiendo formado con ellos la iglesia de los malignos y el concilio de vanidad, ha tramado acusaciones de deposicion y crímenes en contra del beatísimo Papa Nicolás, y con la mayor procacidad y audacia ha fulminado diversos anatemas en contra de él y de cuantos se hallan en su comunión, los que nosotros hemos leído, dictados con la misma maligna y falaz intencion, y cuyos libelos por orden del sínodo han sido consumidos por el fuego: por este motivo, y por cautela del orden eclesiástico, anatematizamos ante todo al mismo Phocio hasta por esta causal; y despues, por haber obrado con fraude y astucia, haber adulterado la palabra de la verdad, haber fingido vicarios y libros mentirosos, y tambien por haber hecho fraude en favor de los votos propios; espeliendo el sínodo á él y á sus partidarios, como lo hizo el fortísimo, santísimo y piadoso Martin, papa romano.

VII.

Que no conviene que los anatematizados por el santo y universal sínodo sean honrados, ni que estos pinten las santas imágenes, ni tampoco enseñen ciencias divinas ó humanas.

El divino Moisés promulgó con evidencia en la ley lo que es justo, y lo que debe hacerse. Y no siendo lo bueno tal, si no se practica segun la razon; es sin duda alguna bueno y de gran provecho ocuparse en pintar las santas y venerables imágenes y enseñar al prógimo las ciencias divinas y humanas; pero sin embargo, no es bueno ni útil que estas cosas se ejecuten por indignos. Por lo tanto, definimos y promulgamos que los anatematizados por este santo y universal sínodo no pinten sagradas imágenes; ni enseñen en parte alguna hasta que se conviertan; y el transgresor, despues de esta nuestra definicion, si es clérigo perderá su grado; y si lego, será segregado y privado de la comunión de los divinos misterios.

VIII.

Que ningun patriarca de Constantinopla exija firmas de los sacerdotes en favor de su permanencia y seguridad.

Todo me es licito, pero no todo conviene: todo me

nia mihi licent, sed non omnia aedificant; dicit alicubi Paulus magnus apostolus. Igitur quoniam omnia ad utilitatem, et perfectionem sanctae Dei ecclesiae, et nihil omnino per contentionem vel inanem gloriam facere debemus; et quoniam auditibus nostris fama sonuit, quod non solum haeretici, et ii qui sanctae Constantinopolitanorum ecclesiae sacerdotium sortiti, sed et orthodoxi ac legitimi patriarchae, a sacerdotali catalogo propriae manus scripta facere ad propriam tutelam, favoremque suum, et quasi stabilitatem exigant, et compellant; visum est, sanctae huic et universali synodo, nequaquam id ex hoc a quopiam fieri, excepto eo quod secundum formam et consuetudinem pro sincera fide nostra tempore consecrationis episcoporum exigitur; quod enim aliter fit, omnino non expedit, sed neque ad aedificationem ecclesiae pertinet. Quisquis ergo ausus fuerit solvere hanc definitionem nostram, aut expetierit, aut paruerit expetentibus, honore proprio decidat.

IX.

De subvertendo et solvendo vinculo proprii scripti, quod Photio excogitatum et exactum est ab omnibus volentibus exteriorem discere sapientiam.

Variam et diversam malitiam antiquitus in ecclesia Constantinopolitana infelix operatus est Photius. Didicimus enim, quod et multo ante tyrannicum praesidium propriae manus subscriptionibus muniebat adherentes sibi clientes, ad discendam sapientiam, quae a Deo stulta facta est, cum manifeste nova esset inventio, et sanctis patribus nostris et magistris ecclesiae penitus aliena. Igitur quoniam omnem colligationem iniquitatis solvere, et chirographa violentorum contractuum dirumpere praecipimus, definivit sancta et universalis synodus, neminem ex his omnibus a nunc tale tenere vel servare chirographum, sed absque quolibet offendiculo indubitanter et intrepide tam docere, quam discere omnes, qui ad utrumque consistunt idonei, praeter eos qui erroris inveniuntur, et haereticae impietatis servituti redacti; hujusmodi enim certissime et docere, et discere interdiciamus. Siquis autem deprehensus fuerit hanc definitionem nostram spernens atque praevaricans, si quidem clericus est a proprio gradu decidat; laicus vero sequestretur, utpote qui non credit dominico verbo perhibenti; *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis.*

es licito, pero no todo edifica, como dice el gran apóstol San Pablo. Y como que todo debemos dirigirlo á la utilidad y perfeccion de la santa iglesia de Dios, y nada hemos de ejecutar por disputa ó gloria vana: y como que hemos llegado á saber, que no solo los hereges y los sacerdotes de la santa iglesia de Constantinopla, sino tambien los patriarchas ortodoxos y legítimos, obligan á los sacerdotes á que firmen de su propia mano escritos para tutela propia y favor suyo, y como para su estabilidad; ha parecido conveniente á este santo y universal concilio, que se prohiba para en adelante, esceptuando tan solo lo que segun la forma y costumbre se exige á los obispos al tiempo de su consecracion en favor de la recludud de nuestra fé; pues que lo que fuera de esto se hace, no conviene ni sirve para edificacion de la iglesia. Y el que infringiere esta nuestra definicion, ó pidiere que se haga lo que prohibe, ú obedeciere á los que lo soliciten, pierda su honor.

IX.

Que se destruya el escrito que Phocio exigió á los que con él aprendian las letras, y que se les absuelva de la promesa en él contenida.

El infeliz Phocio cometió diversas maldades en la iglesia de Constantinopla: pues sabemos que mucho antes de ascender tiránicamente á su trono, hacia que firmáran los que aprendian con él la ciencia, que Dios ha convertido en necedad, puesto que á las claras era una nueva invencion y agena de nuestros santos Padres y de los maestros de la Iglesia. Y porque mandamos romper toda coligacion de iniquidad y las firmas de los violentos contratos, ha definido el santo y universal concilio, que ninguno de los referidos observe en adelante lo contenido en tal instrumento, sino que enseñe con valentía, sin ofender á nadie, que todos los idóneos pueden enseñar y aprender, fuera de aquellos que se encuentran en el error y reducidos á la impiedad herética; pues á estos totalmente les prohibimos que enseñen, y aprendan. Y el que en adelante despreciare esta nuestra definicion ú obrare en contra de ella, si es clérigo, pierda su grado, y si lego, sea segregado; puesto que no cree al Señor que dice: *Cuanto atareis sobre la tierra, atado quedará en los cielos; y lo que desatareis en la tierra, desatado quedará en los cielos.*

X.

Ut ante distinctam examinationem, et synodicam judicationem nullus clericus a proprio episcopo, aut episcopus a proprio metropolitano vel a proprio patriarcha se ullo modo separet.

Divina manifesto clamante scriptura: *Ante examinationem ne vituperes; et intellige primum, et tunc increpa;* numquid lex nostra judicat hominem nisi prius audierit ab eo, et cognoverit quid faciat? juste et congruenter, et haec sancta et universalis synodus definit, quod nullus laicorum, vel monachorum, aut aliquis ex catalogo clericorum, ante diligentem examinationem, et synodicam sententiam a communione se separet proprii patriarchae, licet criminalem quamlibet causam ejus se nosse praetendat, sed neque recuset nomen ipsius referre inter divina mysteria vel officia. Similiter autem episcopos et presbyteros, qui in exterioribus civitatibus, et regionibus sunt, erga proprios metropolitano affectare mandamus: quod etiam circa patriarcham suam facere metropolitano oportet. Si vero quis adversus hanc sanctam synodum deprehensus fuerit agere, si quidem episcopus aut clericus est, ab omni sacerdotali operatione decidat et honore; monachus autem aut laicus separet ab omni ecclesiastica communione atque collegio, quousque conversus per poenitentiam recipiatur.

XI.

Quod oportet anathematizare omnem qui impie ac laesis sensibus habere hominem duas animas opinatur.

Veteri et novo testamento unam animam rationabilem, et intellectualem habere hominem docente, et omnibus Deiloquis patribus et magistris ecclesiae eandem opinionem asseverantibus, in tantum impietatis quidam, malorum inventionibus dantes operam, devenerunt, ut duas eum habere animas impudenter dogmatizare, et quibusdam irrationalibus conatibus per sapientiam, quae stulta facta est, propriam haeresim confirmare pertentent. Itaque sancta haec et universalis synodus, veluti quoddam pessimum zizanium, nunc germinantem nequam opinionem, evellere festinans; imo vero ventilabrum in manu veritatis portans, et igni inextinguibili transmittere omnem paleam, et aream Christi mundam exhibere volens, talis impietatis inventores et patratores, et his similia sentientes, magna voce anathematizat, et definit, atque promulgat, neminem prorsus habere, vel servare quoquomodo statuta hujus impietatis auctorum. Si autem quis contraria gerere praesumpserit huic sanctae et magnae synodo, anathema sit, et a fide atque cultura Christianorum alienus.

X.

Que antes del fallo y juicio sinodal ningun clérigo se separe de su obispo, este de su metropolitano, ni este último de su patriarcha.

La divina Escritura dice terminantemente: *No vituperes á nadie antes del exámen, y entiende primero, y luego responde.* Y ¿acaso nuestra ley juzga á un hombre hasta haberle oído y enterándose de lo que ha hecho? Por lo tanto, con razon y justicia este santo y universal concilio define y establece, que ningun lego, monge, ni clérigo, se separe de la comunión de su patriarcha sino despues de un diligente exámen y sentencia sinódica, aunque alegue que él tenia conocimiento de alguna causa criminal: tampoco se pondrá á invocar su nombre entre los misterios ú officios divinos. Esta determinación la hacemos estensiva á los obispos y presbíteros de las demás ciudades y regiones con respecto á sus metropolitano; y lo mismo mandamos á estos con relación á su patriarcha: el transgresor, si es obispo ó clérigo, no podrá ejercer funciones sacerdotales, y se le privará de su honor; y si es monge ó lego, será separado de toda comunión eclesiástica, hasta que convertido haga penitencia.

XI.

Que se anatematize al que con impiedad é intencion dañada opine que el hombre tiene dos almas.

No obstante que el antiguo y nuevo Testamento y todos los Santos Padres y maestros de la iglesia, afirman y enseñan que el hombre tiene una alma racional é intelectual; hay algunos tan impíos y mal intencionados, que sostienen con descaro que tiene dos; y mediante ciertos conatos irracionales tratan de afirmar su propia heregía en la sabiduría, que ha venido á parar en locura. Por lo cual, este santo y universal concilio, tratando de arrancar inmediatamente, cual pésima zizania, la opinion que ahora germina, y llevando ademas el biello en la mano de verdad, y queriendo arrojar al fuego inextinguible toda la paja, dejando limpia la era de Cristo, anatematiza á voz en grito á los inventores y ejecutores de tal impiedad, y á los que opinen como ellos; y define y promulga, que ninguno tenga, ni guarde bajo ningun concepto los estatutos de los autores de esta impiedad. El transgresor será anatematizado, y separado de la fe y trato de los cristianos.

XII.

De non recipiendis ullo modo electionibus episcoporum per principale suffragium et potentiam factis.

Apostolicis et synodicis canonibus, promotiones et consecrationes episcoporum, et potentia, (*potentatu*) et praeceptione principum factas penitus interdicitibus, concordantes definimus, et sententiam nos quoque proferimus, ut si quis episcopus per versutiam, vel tyrannidem principum hujusmodi dignitatis consecrationem susceperit, deponatur omnimodis, utpote qui non ex voluntate Dei, et ritu ac decreto ecclesiastico, sed voluntate carnalis sensus ex hominibus, et per homines Dei domum (*donum*) possidere voluit, vel consensit.

XIII.

Quod oporteat in magna ecclesia in minori gradu constitutos ad majores honores opportune contendere; sed non eos qui foris sunt inter illos admitti; sed nec eos in eadem ecclesia connumerari, aut constitui, qui procurant, seu tuentur proastia, vel saecularium domos.

Quoniam quidem dicit alicubi divinum eloquium: *Dignus est operarius mercede sua*; hujus rei gratia, et nos decernimus, et promulgamus, ut magnae ecclesiae clerici, qui in subjectis ordinibus morati sunt, ad majores gradus ascendant, et si digni claruerint, melioribus perfrui mereantur honoribus; cum aliqui eorum, qui in ipsis sunt, aut per incrementum ad superiora ministeria advocati fuerint, aut per communem naturae terminum dormientes defuerint; sed non ex illis, qui foris sunt, aliqui se his innectentes, debitas eis, qui multo tempore laboraverunt, dignitates vel honores recipiant, ac per hoc inveniantur ecclesiae clerici, nullo modo proficere. Nullatenus autem habeant potestatem, qui principum domorum, seu suburbanarum rerum curam gesserint, inter clerum magnae ecclesiae colligi, vel constitui: *nemo quippe Deo militans negotiis implicatur*. Si vero quis praeter definitionem quam nunc protulimus promotus fuerit, in quocumque magnae ecclesiae gradu, reprobetur omnimodis ab omni ecclesiastico gradu, tamquam qui contra magnam synodum propectus extiterit.

XIV.

Quod oporteat eos qui per divinam gratiam ad episcopale officium convocantur, omnem reverentiam et honorem mereri ab iis qui per tempora aut strategatus ministerium sortiuntur aut aliter principari videntur.

Eos qui a divina gratia ad episcopale advocantur officium, tanquam imaginem et figuram ferentes sanctorum coelestium hierarcharum, id est

XII.

Que no se admitan bajo ningun concepto las elecciones de obispos hechas por el voto y poder del príncipe.

Prohibiendo los cánones apostólicos y sinodales las promociones y consagracion de obispos verificadas por el poder y mandato de los principes, definimos de acuerdo con ellos, y pronunciamos, que quien obtenga la dignidad de esta manera, sea de puesto, como que quiso poseer la casa de Dios, no por voluntad de este, ni segun disciplina y decreto eclesiástico, sino por arbitrio del sentido carnal y deseos de los hombres.

XIII.

Que conviene que en una grande iglesia vayan ascendiendo oportunamente á los grados mayores los que se hallan en los menores; pero que no se admitan entre ellos los de fuera, ni que se cuente ó constituya en la misma iglesia á los clérigos mayordomos de las casas de los seglares.

Y como que la Escritura divina dice; que *el operario es digno de su salario*; por eso decretamos y promulgamos que los clérigos de la grande iglesia que tienen las órdenes menores, asciendan á las mayores; y que si los hallare dignos, gozen de honores mas especiales, cuando ascendieren los anteriores ó llegaren á morir; pero no se entrometerán clérigos foráneos á ocupar las dignidades y honores que se deben á los que en aquella iglesia han trabajado largo tiempo, porque con esto se daría á entender, que para nada aprovechaban. Tampoco tendrán potestad los administradores de las casas de los principes ó de los bienes suburbanos, de entrar en el clero de la grande iglesia; pues que ninguno que milita bajo la bandera de Dios se ocupa de negocios del siglo. Y si alguno despues de esta defiaicion nuestra, fuere promovido á cualquier grado en la grande iglesia, pierda enteramente todo grado eclesiástico, como transgresor del gran concilio.

XIV.

Conviene que los llamados por la gracia divina para el episcopado merezcan todo honor y reverencia de los que desempeñan el ministerio temporalmente ó como gobernadores, ó mandan bajo cualquier otro concepto.

Aquellos á quienes la gracia divina llama para el episcopado, siendo como la imágen y figura de las santas gerarquias celestiales, esto es, de los

angelorum, secundum hierarchicum plane gradum, et morem, omni honore dignos ab omnibus principibus, et subditis sancimus haberi. Et nequam strategis, vel quibuslibet aliis principibus, obvios procul ab ecclesiis suis occurrere, sed neque semet a multo spatio de equis vel mulis eicere, aut cum timore, ac tremore procidere et adorare; sed nec cum secularibus principibus, ad mensam intrare hora prandii, eosdem quos illi honores strategis exhibentes, sed secundum congruentiam spiritualis dignitatis, ac honoris sui, reddere quidem omnibus debita, cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem: praeferrí autem et multam a principibus amicorum Christi imperatorum venerationem, et reverentiam promereri confessores eorum, et honoris similis existentes; ita ut fiduciam habeant episcopi arguere strategos multoties, et alios principes, atque omnem saeculi dignitatem, cum injustum et irrationabile agere quid illos invenerint, et per hoc corrigere, et reddere meliores. Si vero aliquis episcopus, post definitionem sanctam synodi, debitum et canonicè collatum sibi contempserit honorem, et quid secundum veterem, et inhumanam ac inordinatam consuetudinem, praeter quae nunc definita sunt, fieri permiserit, sequestretur anno uno, et princeps ille duobus annis non mereatur percipere mysteriorum nec sanctificationum communionem.

XV.

Quod non oporteat alienare cimelia, vel per emphyteusim salaria ecclesiarum tribuere.

Apostolicos et paternos canones renovans sancta haec universalis synodus, definivit neminem prorsus episcopum vendere, vel utcumque alienare cimelia, et vasa sacrata; excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet quae accipiuntur in redemptionem captivorum; sed nec tradere salaria ecclesiarum in emphyteutica pacta, nec alias rusticas possessiones venumdare, ac per hoc ecclesiasticos redditus laedere, quos ad propriam utilitatem, et ob escam pauperum et peregrinorum sustentationem esse decernimus: omnem vero ecclesiasticarum rerum potestatem habentem, et has meliorare, ac dilatare prout oportuerit ecclesiastica loca, per quae redditus fiunt; et insuper propriarum rerum dispositionem distribuere, ac committere seu conferre quibuscumque voluerit et iudicaverit juxta propriam potestatem et dominatum. Quisquis autem apparuerit post hanc definitionem nostram contrarium quid huic sanctae universali synodo agere, deponatur ut praevaricator divinarum legum et praeceptorum, cassata videlicet omnino quae facta est in scriptis, vel sine scriptis ab episcopo venditione, vel emphyteutica traditione, vel alia quavis alienatione, cimeliorum scilicet et salariorum locorum. Qui vero emerit aut perceperit aliquid ex praedictis cimeliis vel

ángeles, segun el grado gerarquico deben ser honrados por todos los príncipes y súbditos. No saldrán bajo ningun concepto á recibir á los gobernadores ni á ninguna otra clase de príncipes lejos de las iglesias, ni se apearán á mucha distancia de sus caballos ó mulos, ni se prosternarán á adorarlos con temor y temblor; pero darán á cada cual lo que se merece; tributo al que tributo, y honor al que honor. Serán muy venerados por los príncipes amigos de Cristo, y como confesores suyos serán por ellos muy reverenciados, y honrados: de modo que los obispos tengan confianza para reprender con frecuencia á los gobernadores, á otros príncipes y á las dignidades seculares, cuando vieren que obraban con injusticia y sin razon, corrigiéndolos y mejorándolos de esta manera. Y si despues de esta definicion algun obispo despreciare el honor que se le debe y canónicamente conferido, y permitiera que se hiciese algo segun la antigua, inhumana y desarreglada costumbre, sea segregado por un año; y el príncipe que diere lugar á esto no merezca percibir la comunión de los misterios ni de las santificaciones en doble tiempo.

XV.

Que no conviene enagenar las cosas preciosas, ni conceder en enfiteusis los salarios de las iglesias.

Renovando este santo y universal concilio los cánones apostólicos y los de los Padres definió que ningun obispo vendiera ó enagenara las cosas preciosas de la iglesia ni los vasos sagrados, exceptuando el motivo marcado en los antiguos cánones, esto es, lo que se recibe para rescate de cautivos: tampoco podrá dar en enfiteusis las rentas eclesiásticas, ni vender las demas posesiones rústicas, menoscabando con esto los productos de las iglesias, los cuales decretamos sirvan para utilidad propia, para alimento de los pobres y refugio de los peregrinos: antes por el contrario el que cuida de las cosas eclesiásticas conviene que las mejore, y que engrandezca los lugares eclesiásticos, que es de donde se sacan las rentas; y ademas que distribuya el arreglo de sus propias cosas, y las encargue ó confiera á quien quisiere y creyere oportuno en virtud y potestad en su dominacion. El que contravenga en adelante á esta nuestra constitucion, sea depuesto como prevaricador de las leyes divinas y de los preceptos, anulada la venta, enfiteusis ó cualquiera otra enagenacion de las cosas preciosas ó de las rentas de los lugares, háyase hecho el pacto por escrito ó no. Y el que comprare ó recibiere algo de lo espresado, y no lo restituyese á la iglesia, ó no anulase el pacto de venta ó enfiteusis, sea

salariis, et non restituerit ecclesiae, iterum, quae ecclesiae sunt, vel non reddiderit ad incidendam chartam venditionis vel emphyteuseos, sit anathema usquedum fecerit quod ab hac sancta, et universali synodo confirmatum est. Si autem episcopus convictus fuerit construxisse monasterium de redditibus ecclesiasticis, tradat ipsum eidem ecclesiae monasterium; si vero de propriis rebus, aut de aliis quibusdam conventionibus, habeat id secundum propriam potestatem, et voluntatem omni vita sua; et post finem vitae dimittat et conferat hoc quibuscumque voluerit, non tamen saeculare diversorium fiat.

XV.

De non utendis penitus adinventionibus ad exhorantiam sancti sacerdotii. Imperator vero vel princeps, si talia fecerit, redarguatur, et separetur: si autem non poenituerit, etiam anathematizetur.

Magnis ululatus, et multis lacrymis, dignum opus a multis fidelibus ad nostros pervenit auditus: ajunt enim fuisse quosdam laicos sub eo qui nuper imperavit in ordine senatorio, qui secundum diversam imperatoriam dignitatem videbantur capillorum comam circumplexam involvere atque reponere, et gradum quasi sacerdotalem per quaedam inducia et vestimenta sacerdotalia sumere, et, ut pulabatur, episcopos constituere, superhumeralibus, id est palliis, circumamiclos, et omnem aliam pontificalem indutos stolam: qui etiam proprium patriarcham adscribentes eum qui in adinventionibus risum moventibus praelatus, et princeps erat, et insultabant, et illudebant quibusque divinis, modo quidem electiones, promotiones, et consecrationes, modo autem acute calumnias, damnationes, et depositiones episcoporum, quasi ab invicem, et per invicem miserabiliter, et praevaricatorie agentes et patientes. Talis autem actio nec apud gentes a saeculo unquam audita est, ita ut peiores et miserabiliores infidelibus nationibus exhibeat et demonstret hos quos nunc manifestos effecimus: qua de re, sancta et universalis synodus definivit, et promulgavit, illos quidem malitiae nixus omnino ut scelestos abominari, neminem autem fidelium qui Christiana censentur appellatione deinceps conari tale quid faciendi, vel admittendi, aut silentio tegendi quemquam eorum qui hujusmodi operantur impietatem. Si vero quispiam imperator, vel potentum, aut magnatum, taliter illudere divinis, et talem ac tantam injuriam impiè in divinum sacerdotium facere, vel admittere tentaverit, primo quidem arguatur a patriarcha illius temporis, et episcopis qui cum ipso fuerint, et segregetur, et indignus divinis mysteriis judicetur; deinde vero accipiat quosdam alios in duram observantiam labores, et poenas quae visae fuerint: et nisi celeriter se poeniteat, etiam anathema sit ab hac sancta et universali synodo,

Tomo III.

anathema hasta que haga lo que ordena este santo y universal concilio. Si se probase que el obispo ha edificado un monasterio con las rentas de la iglesia, entréguele á esta; mas si lo ha verificado con bienes propios suyos, ó de cualquier otra manera, poseale á su arbitrio y potestad mientras viva, dejándole despues á quien quisiere, pero no se convertirá en casa de seglares.

XVI.

Que no se emplee ninguna clase de medios para deshórrar al santo sacerdocio. Si lo hiciere el emperador ó un príncipe, sea reprendido y separado; y si no se arrepintiere, sea tambien anatematizado.

Con muchas lágrimas y lamentos nos han manifestado varios fieles que algunos senadores del tiempo del último Emperador arreglaban su cabello de modo que se parecian á los sacerdotes, y tomaban el grado cuasi sacerdotal, vistiendo de cierta manera á imitacion de los sacerdotes. Y los que se creaban entre ellos obispos, se cubrian con palios, gastaban estola y demas insignias de pontífices: el que designaban como patriarca, era el príncipe y el prelado, al que en medio de sus burlas y risotadas, insultaban, y se mofaban de él: imitaban ademas las elecciones, consagraciones y promociones, y tambien se injuriaban mutuamente, se condenaban y deponian, haciendo y sufriendo miserable y prevaricatoriamente. Semejante proceder ni aun entre gentiles se ha usado jamas; de modo que estos, cuyos retratos acabamos de hacer, son peores y mas miserables que los infieles. Por cuya causa el santo y universal sínodo definió y promulgó que tales sujetos fuesen abominables, y que ningun fiel cristiano se atreva en adelante á intentar, hacer ó practicar lo que en ellos reprendemos, ni á ocultar con el silencio á cualquiera que comete semejante impiedad. Y si algun Emperador, poderoso ó magnate, se burlare así de las cosas divinas, y tratare impiamente de injuriar de esta manera, ó consintiere que se hiciera, á un sacerdote de Dios, sea ante todo reprendido por el patriarca que haya entonces, y por los obispos que hubiere con él, y sea segregado y considerado indigno de los misterios divinos: despues impónganseles por penitencia algunos trabajos y penas: y si no se arrepiente al momento, anatematizale este santo y universal concilio, por haber deshórrado el misterio de la sincera é inmaculada fe. Y si algunos trataren operar esta maldad, y el patriarca de Constantinopla y sus sufragáneos, sabiendo que se ha verificado, no manifestaren el oportuno celo, sean depuestos y privados de su propio sacerdocio y honor. Y es-

lamquam qui sinceræ et immaculatae fidei mysterium dehonestaverit. Si vero praesumentibus quibusdam hujusmodi nefas operari, patriarcha Constantinopolitanus, et suffraganei ejus episcopi, quod factum fuerit cognoscentes, neglexerint adversus eos ostendere zelum, deponantur, et a proprio sacerdotio et honore pellantur: qui autem quoquomodo hujusmodi ministraverunt vel ministraturi sunt impiissimæ actioni, et minime confessi acceperint conveniens epitimium definivimus per triennium sequestratos esse, anno quidem uno extra ecclesiam flentes, alio vero anno intra ecclesiam stare usque ad catechumenos; porro tertio, consistere cum fidelibus, et ita dignos fieri mysteriorum sanctificationibus.

XVII.

De potestate patriarcharum et metropolitanorum ad eos adventu.

Sancta, et universalis Nicaena prima synodus, antiquam consuetudinem jubet servari per Aegyptum, et provincias quae sub ipsa sunt, ita ut horum omnium Alexandrinus episcopus habeat potestatem, dicens: Quia et in Romanorum civitate hujusmodi mos praevaluit; qua pro causa et haec magna et sancta synodus tam in seniori et nova Roma, quam in sede Antioquiae, ac Hierosolymorum, priscam consuetudinem decernit in omnibus conservari, ita ut earum praesules universorum metropolitanorum, qui ab ipsis promoventur, et sive per manus impositionem, sive per pallii dationem episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant potestatem, videlicet ad convocandum eos, urgente necessitate, ad synodalem conventum, vel etiam ad coercendum illos, et corrigendum, cum fama eos super quibusdam delictis forsitan accusaverit. Sed quoniam sunt quidam metropolitanorum, qui ne secundum vocationem apostolici praesulis occurrant a mundi principibus se detineri sine ratione causantur, placuit talem excusationem omnimodis esse invalidam. Cum enim princeps pro suis causis conventus frequenter agat, impium est ut summos praesules ad synodos pro ecclesiasticis negotiis celebrandum impediunt, vel quosdam a conciliis eorum prohibeant, licet tale impedimentum, et fictam prohibitionem metropolitanorum suggestionem diversis modis fieri didicerimus. Consueverunt autem metropolitani bis in anno synodos facere, ideoque, sicut dicunt, ad patriarchale penitus non posse concurrere caput. Sed sancta haec et universalis synodus, nec concilia quae a metropolitanis fiunt interdicens, multo magis illa novit rationabiliora esse ac utiliora metropolitanorum conciliis quae a patriarchali sede congregantur; et idcirco haec fieri exigit: a metropolitano quippe unius quidem provinciae dispositio efficitur, a patriarcha vero saepe totius causa

tablecemos que todos los que de cualquier manera intervinieron en esta accion impiissima, y no lo confesaren, para que se les aplique la correccion debida, sean separados por tres años, pasando uno entre los flentes fuera de la iglesia, otro dentro de ella entre los catecúmenos, y el tercero entre los fieles, volviendo de este modo á hacerse dignos de las santificaciones de los misterios.

XVII.

De la potestad de los patriarcas, y de la vezida de los metropolitanos á ellos.

El santo y universal primer concilio de Nicea ordena que se observe la costumbre antigua en Egipto y sus provincias, de que el obispo de Alejandria sea el que mande en todos; dando por razon, de que igual costumbre se observó en Roma: por cuyo motivo decreta este santo y gran concilio que se guarde esta costumbre no solo en la antigua y nueva Roma, sino tambien en Antioquia y Jerusalem, de modo que tengan potestad sobre todos los metropolitanos que son promovidos por ellos, y reciban la firmeza del poder episcopal, ya sea por la imposicion de manos, ya por la dacion del palio, para convocarlos en caso de urgencia á concilio sinodal, y tambien para corregirlos y reprenderlos, cuando la voz pública los acusare de algunos delitos. Mas como que hay metropolitanos que sin hacer caso del mandato apostólico, se escusan con que sin razon se oponen los príncipes del siglo, queremos que no les aproveche tal evasiva. Pues reuniendo con frecuencia los príncipes sus juntas, es una impiedad que pongan impedimentos á los prelados para que se congreguen á tratar de asuntos eclesiasticos, ó no dejen asistir á algunos á sus concilios, aunque sabemos que semejante impedimento y fingida prohibicion se ha verificado de distintas maneras por sujestion de los metropolitanos. Estos habian tenido costumbre de convocar sínodos dos veces al año; y por lo tanto dicen que no pueden acudir al de los patriarcas. Pero este santo y universal concilio, sin prohibir los sínodos de los metropolitanos, sin embargo tiene por mas útiles los patriarcales; aunque quiere que se celebren ambos; pues que el metropolitano provee para una provincia, y para muchas el patriarca. De este modo resulta utilidad comun, porque el lucro especial debe postergarse al general, aunque por desprecio de algunos metropolitanos se ha pospuesto la antigua costumbre y tradicion canónica, no

diocesanos dispensatur. Ac per hoc communis utilitas providetur, propter quod et speciale lucrum, propter generale bonum postponi convenit, cum a majoribus super haec facta fuerit advocatio: quamvis apud quosdam metropolitanorum antiqua consuetudo, et canonica traditio per contemptum ipsorum postposita videatur, non concurrentibus eis ad communem profectum, quos leges ecclesiae severe condemnantes, omni excusatione remota, subjacere vocationibus proprii patriarchae, sive cum communiter, sive cum sigillatim factae fuerint, exigunt. Illud autem tamquam perosum quiddam ab auribus nostris repulimus, quod a quibusdam imperitis dicitur, non posse synodum absque principali praesentia celebrari: cum nusquam sacri canones convenire saeculares principes in conciliis sanxerint, sed solos antistites. Unde nec interfuisse illos synodis, exceptis conciliis universalibus, invenimus: neque enim fas est saeculares principes spectatores fieri rerum quae sacerdotibus Dei nonnumquam eveniunt. Quisquis ergo metropolitanorum proprium patriarcham contempserit, et vocationem ejus, quae sive ad unum solum, sive ad plures, sive ad omnes sit absque validissima aegrotatione, vel paganorum incursu, non obedierit, et per totos duos menses post notitiam vocationis, ad proprium venire patriarcham minime festinaverit, vel si quocumque modo latitare, aut non cognoscere nuntium ab illo missum tenuerit, segregetur: si vero intra unum annum eandem contumaciam et inobedientiam demonstraverit, deponatur omnibus modis, et ab omni sacerdotali operatione decidat, atque a dignitate et honore, qui metropolitanis convenit, propellatur. Is autem, qui huic definitioni non obedierit etiam, et anathema sit.

XVIII.

Quod non oporteat ecclesiarum res aut privilegia violare seu decidero.

Placuit huic sanctae, et magnae synodo, ut res, vel privilegia, quae Dei ecclesiis ex longa consuetudine pertinent, et sive a divinae recordationis imperatoribus, sive ab aliis Dei cultoribus in scriptis, vel sine scriptis donata, et ab eis per annos triginta possessa sunt, nequaquam a potestate praesulis earum quaecumque persona saecularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta quaelibet auferat, sed sint omnia in potestate ac usu praesulis ecclesiae, quaecumque intra triginta spatium annorum ab ecclesiis possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo saecularium contra praesentem definitionem egerit, tamquam sacrilegus judicetur, et donec se correxerit, et ecclesiae propria privilegia, seu res restituerit, et reservaverit, anathema sit.

acudiendo al bien general, á cuyos metropolitanos las leyes de la iglesia, condenándolos severamente, exigen, que pospuesta toda escusa, acudan al llamamiento de su propio patriarca, bien le haga á todos, bien á alguno separadamente. Lo que nos resistimos á creer es que haya ignorantes que digan que no puede celebrarse concilio sin la presencia del príncipe: cuando los sagrados cánones jamás ordenaron que se convocara á los príncipes seculares sino á los preladados. Tampoco hallamos que hayan asistido á los sínodos, sino á los universales: ni conviene que los príncipes seculares presencién lo que alguna vez ocurre á los sacerdotes de Dios. El metropolitano que despreciare el llamamiento de su patriarca, bien sea á él solo, bien á muchos, bien á todos, como no se halle muy enfermo ú ocupado el pais por los infieles, y no acudiere dentro de dos meses desde que lo supo, ó se ocultare, ó dijere que no conocia al nuncio que se lo participaba, sea segregado: mas si la contumacia durase un año entero, sea totalmente depuesto, perdiendo las facultades sacerdotales, y la dignidad y honor que como á metropolitano le correspondia: ademas el que no obedeciere á esta definicion, sea anatema.

XVIII.

Que no conviene apropiarse las cosas ó privilegios de las Iglesias.

Estableció este santo y gran concilio que las cosas que por larga costumbre pertenecen á las iglesias de Dios, y que han sido donadas por escrito ó sin él por los emperadores de feliz recuerdo, ó por otros cristianos, y por espacio de 30 años, ningun seglar, valiéndose de su potestad, las saque de la del prelado, ni tampoco, empleando para ello cualesquiera sutilezas, sino que todas queden en poder y uso del prelado de la iglesia. Y cualquier seglar que obrare en contra de la actual constitucion, sea juzgado como sacrilego y anatematizado hasta que se corrija, y restituya á la iglesia sus cosas ó privilegios.

XIX.

Quod non oporteat archiepiscopos, aut metropolitans sub obtentu quasi visitationis proficisci ad alias ecclesias, et subiectos sibi episcopos, per avaritiam damnis afficere, vel gravare.

Avaritiam utpote secundam idololatriam Paulus magnus, execratur apostolus, cunctos videlicet qui Christiano vocabulo censentur, ab omni turpi lucro abstinere volens; multo magis ergo iis qui sacerdotio funguntur nefas est coepiscopos et suffraganeos suos per quemcumque modum gravare. Hujus rei gratia definivit sancta haec et universalis synodus, nullum archiepiscoporum, aut metropolitanorum, relinquere propriam ecclesiam, et sub occasione quasi visitationis ad alias accedere, et potestate propria in inferiores abuti, et consumere redditus, qui apud illos inveniuntur ad ecclesiasticam dispositionem, et alimenta pauperum, ac per hoc aggravare avaritiae modo conscientias fratrum, et coministrorum nostrorum; excepta hospitalitate, quae aliquando ex necessario transitu fortassis accesserit; sed, et tunc non alia, nisi ex iis quae ad praesens de compendio praeparata inveniuntur, cum reverentia, et cum timore Dei dignanter accipiat; et maturius propositum iter perambulet, nihil omnino eorum quae sunt ecclesiae illius vel suffraganei episcopi petens, et exigens; si enim unumquemque episcoporum ecclesiae propriae rebus cum multa parcitate uti, et nullatenus in proprias utilitates importanè ac sine ratione, dispendere vel consumere redditus ecclesiasticos sacri canones decernunt; qua, putas, impietate judicabitur dignus, qui aliis episcopis commissas ecclesias gravare, vel ambire, et per hoc sacrilegii crimen incidere non formidat? Quisquis ergo, post hanc definitionem nostram tale quid facere lentaverit, poenam subeat a patriarcha qui per tempus fuerit, secundum congruentiam injustitiae ac avaritiae suae, et deponatur et sequestretur ut sacrilegus, et aliter ut idololatra factus juxta magnum apostolum.

XX.

Quod non oporteat quemquam episcoporum apud se vel per se collata loca recipere sine illius iudicio, qui urbi, aut regioni illi praeesse dignoscitur.

Et hoc sancta nunc synodus didicit, quod in quibusdam locis quidam propria usi auctoritate, ac sine voluntate illorum quibus hujusmodi dispositiones commissae sunt, audacter, et tyrannicè pellunt eos qui per emphyteusim perceperint aliquid ex iis locis quae possederunt, occasione quasi ruptae fidei circa pensionis pactum. Non autem licet omnimodis hoc fieri nisi prius acci-

XIX.

Que no conviene que los arzobispos ó metropolitanos, con pretexto de visitar vayan á otras iglesias, y por avaricia causen daños á los obispos sus sufragáneos.

El gran apóstol San Pablo execra la avaricia como segunda idolatria, queriendo que todos los cristianos se abstengan de cualquier lucro torpe; por lo tanto, con mucha mas razon se tiene por maldad, que los sacerdotes graven de cualquier manera que sea, á los coepiscopos sufraganeos suyos. Por este motivo definió este santo y universal concilio que ningun arzobispo ó metropolitano deje su propia iglesia, y con pretexto de visita pase á otras, y en virtud de su propia potestad abuse de los inferiores, y consuma las rentas que se encuentren en su poder para usos eclesiásticos y alimento de los pobres, y por su avaricia grave las conciencias de los hermanos y de nuestros co-ministros. No se comprende en esta prohibicion la hospitalidad que debe darse cuando haya necesidad de viajar pasando por allí; pero entonces no recibirá sino lo que en la actualidad hubiere preparado, tomándolo con reverencia y temor de Dios, y volviendo inmediatamente á emprender su marcha, sin pedir ni exigir cosa alguna de la propiedad de aquella iglesia ó de su sufragáneo. Y si es cierto que los sagrados canones decretan que el obispo se sirva con mucha economía de las cosas propias de su iglesia, y que no gaste las rentas de esta en utilidad propia, ¿de que impiedad no se juzgará reo al que se atreve á gravar ó apoderarse de las iglesias encargadas á otros obispos, cometiendo sacrilegio? El que en adelante conculque esta nuestra definicion será castigado per el patriarca actual en proporcion á la injusticia y avaricia; será ademas depuesto, y considerado como sacrilego, y tambien reputado como idolatra segun el grande Apóstol.

XX.

Que no conviene que ningun obispo reciba los lugares aplicados por sí sin el fallo del prelado de aquella ciudad ó region.

Ha llegado á saber el santo concilio que en ciertos lugares, algunos, de autoridad propia, y prescindiendo de la voluntad de aquellos á quienes estan encargados, empleando la audacia y tiranía, espelen á los enfiteutas con pretexto de haberse roto la fé acerca del pacto de la pension. No debe obrarse así, hasta que el que contrajo el enfiteusis recibiera la protesta por medio de ciertos hombres idóneos

piat protestationem per quosdam idoneos et fideles homines is qui emphyteusim contraxit: quod nisi dederit, usque ad tres annos destinatum tributum census retentionem accedere ad praepositos urbis vel regionis illius, et arguere in conspectu eorum eum qui emphyteusim consecutus est, et exhibere contemptum ejus, et tunc sententia et judicio praedictorum recipiat ecclesia propria in possessionem. Sed nequaquam quisquam apud se, vel per se, faciat praedictorum ablationem locorum: suspectivum quippe tale, quin et multi turpis lucri et avaritiae constitit indicium. Siquis ergo episcopus aut metropolita praeter hanc definitionem nostram abstulerit aliquem locum a quoquam, putans quod ecclesiam propriam defendat, sequestretur a proprio patriarcha per aliquod tempus, dans primo quod per potestatem suam abstulit vel subripuit. Si vero contentiosus quis persliverit, non obediens his, quae sanctae ac universali synodo visa sunt, deponatur omnimodis.

XXI.

Quod non oporteat Papam Romanum, vel quempiam aliorum patriarcharum a quolibet inhonorari.

Dominicum sermonem, quem Christus sanctis apostolis et discipulis suis dixit, quia: *Qui vos recipit, me recipit, et qui vos spernit, me spernit*, ad omnes etiam qui post eos secundum ipsos facti sunt summi pontifices, et pastorum principes in ecclesia catholica dictum esse credentes, definimus, neminem prorsus mundi potentium, quemquam eorum qui patriarchalibus sedibus praesunt inhonorare, aut movere a proprio throno tentare, sed omni reverentia, et honore dignos judicare; praecipue quidem sanctissimum papam senioris Romae, deinceps autem Constantinopoleos patriarcham, deinde vero Alexandriae ac Antiochiae, atque Hierosolymorum, sed nec alium quemcumque conscriptiones contra sanctissimum papam senioris Romae, ac verba complicare, et componere, sub occasione quasi diffamatorum quorundam criminum; quod et nuper Photius fecit, et multo ante Dioscorus. Quisquis autem tanta jactantia et audacia usus fuerit, ut secundum Photium, vel Dioscorum, in scriptis, injurias quasdam contra sedem Petri Apostolorum principis moveat, aequalem, et eandem quam illi condemnationem recipiat. Si vero quis aliqua saeculi potestate fruens, vel potens peliere tentaverit praefatum apostolicae cathedrae papam, aut aliorum patriarcharum quemquam, anathema sit. Porro si synodus universalis fuerit congregata, et facta fuerit etiam de sancta Romanorum ecclesia quaevis ambiguitas, et controversia, oportet venerabiliter, et cum convenienti reverentia de proposita quaestione sciscitari et solutionem accipere, aut proficere, aut profectum facere, non tamen

y fieles; y si en el término de tres años no pagare el censo, sea desposeido de los lugares que detentaba. Conviene pues que despues de la retencion del censo de tres años se presente á los prelados de aquella ciudad ó region, y en presencia de ellos reprenda al enfiteuta, y haga patente su proceder; y entonces la iglesia recibirá por sentencia y juicio de los espresados la posesion de sus propiedades. Pero ninguno quite por si mismo los lugares referidos; pues que en tal caso su conducta será sospechosa, y motivará que se la crea producto de su avaricia ó de un lucro torpe; y si en adelante algun obispo ó metropolitano en desprecio de esta definicion privare á alguno del lugar que tenia en enfiteusis, creyendo que de este modo defiende su iglesia, sea secuestrado por algun tiempo por su patriarcha, entregando al primero lo que en virtud de su potestad le quitó: y si aun despues de esto rehusare obedecer á este santo y universal concilio, sea completamente depuesto.

XXI.

Que no conviene que nadie deshonre al Papa de Roma, ni á ningun otro de los patriarcas.

Creyendo que las palabras que Cristo dijo á los apóstoles y discipulos, *El que os recibe, me recibe, y el que os desprecia, me desprecia*; son extensivas á todos los sumos pontifices y príncipes de pastores que han sido nombrados con posterioridad en la iglesia católica, definimos; que ningun poderoso se atreva á deshonrar á ningun patriarcha, ni á arrojarle de su trono, sino que deberá respetarle y honrarle como se debe, dando el primer lugar al santísimo Papa de la antigua Roma, despues al patriarcha de Constantinopla, y en seguida y por su orden al de Alejandria, Antioquia y Jerusalem. Igualmente nadie escribirá contra el santísimo Papa de la antigua Roma, ni tampoco tratará de palabra de achacarle crímenes infamantes, como acaba de hacer Phocio, y antes que él Dióscoro. Y el que en adelante obrare como estos, injuriando por escrito ó de palabra á la sede de Pedro, príncipe de los apóstoles, será condenado de la misma manera que aquellos. Y si algun príncipe seglar ó poderoso tratare de espeler de su silla al espresado papa ó á cualquiera de los patriarcas, sea anatema. Finalmente, si hallándose congregado el sínodo universal se moviere alguna ambigüedad ó controversia, acerca de la santa iglesia romana, conviene que con respeto y reverencia se la interrogue sobre la cuestion propuesta, y se admita la contestacion, sin atreverse á dar sentencia contra los sumos pontifices de la antigua Roma.

audacter sententiam dicere contra summos senioris
Romae pontifices.

XXII.

De summorum sacerdotum electione atque decreto.

Promotiones atque consecrationes episcoporum concordans prioribus conciliis, electione ac decreto episcoporum collegii fieri, sancta haec et universalis synodus definit, et statuit; atque jure promulgat, neminem laicorum principum vel potentum semet inserere electioni, vel promotioni patriarchae, vel metropolitae, aut cujuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc et incongrua fiat confusio, vel contentio, praesertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestativorum, vel ceterorum laicorum habere conveniat, sed potius silere, ac attendere sibi, usquequo regulariter a collegio ecclesiae suscipiat finem electio futuri pontificis: si vero quis laicorum ad concertandum et cooperandum ab ecclesia invitatur, licet hujusmodi cum reverentia, si forte voluerit, obtemperare se asciscentibus; taliter enim sibi dignum pastorem regulariter ad ecclesiae suae salutem promoveat. Quisquis autem saecularium principum, et potentum, vel alterius dignitatis laicus, adversus communem ac consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentaverit, anathema sit, donec obediat et consentiat in hoc quod ecclesia de electione ac ordinatione proprii praesulis se velle monstraverit.

XXIII.

Quod non oporteat quemquam episcoporum alienarum locare possessiones ecclesiarum, sed nec clericum quemlibet in aliena ecclesia sacra celebrare mysteria.

Venit, et hoc nunc ad aures nostras, quod quidam episcoporum a quibusdam rogati, possessiones, quae ad alias ecclesias pertinent, irrationabiliter conferant; et per hoc, quantum possunt, ad propriam voluntatem in aliorum potestatem episcoporum usurpent. Hoc autem et propheticam illis manifeste maledictionem acquirat, quae dixit: *Vae qui conjungitis domum ad domum, et agrum ad agrum, ut proximo auferatis aliquid;* et criminis eos sacrilegii reos constituit. Hujus rei gratia placuit magnae huic et universali synodo, quod nullus fratrum et coepiscoporum nostrorum, vel quisquam, talem sibi facere nequissimam locationem roget, vel ab aliquo ipse rogatus quamlibet alienarum et extranearum conferat ecclesiarum possessionem, nec etiam constituat presbyteros, aut quemlibet alium clericum in ecclesiis, quae sibi subjectae non sunt, praeter voluntatem episcopi cui ecclesia illa commissa est; sed neque quisquam presbyterorum, vel diaconorum, qui sacris officiis dediti sunt, ultro ac per se ec-

XXII.

De la eleccion y decreto de los sumos sacerdotes.

Estando de acuerdo con los antiguos concilios este santo y universal sínodo define y establece, que las elecciones y consagraciones de obispos, se verifiquen por eleccion y decreto de los obispos del colegio: y ordena tambien con razon, que ningun poderoso, ni príncipe seglar, se entrometa en la eleccion ó promocion de patriarca, metropolitano ú obispo, para que no se introduzca confusion ó disputa; no teniendo, como no tienen, los legos ninguna potestad en semejantes cosas, ni conviniendo tampoco que la tengan; debiendo callar hasta tanto que la eleccion del futuro pontífice haya sido terminada canónicamente por el cabildo de la iglesia. Pero si algun lego fuere invitado por la iglesia para cooperar á la eleccion, puede condescender á ello con reverencia, promoviendo á un pastor digno segun los cánones, y que convenga á la iglesia. Y cualquier príncipe seglar, poderoso, ó lego de cualquier dignidad que sea, que trabajare contra la eleccion canónica del orden eclesiástico, sea anathema hasta tanto que obedezca y consienta en lo que quisiere la iglesia acerca de la eleccion ú ordenacion de su propio prelado.

XXIII.

No conviene que ningun obispo arriende las posesiones de iglesias ajenas, ni que ningun clérigo celebre los sagrados misterios en iglesia que no sea la suya.

Tambien ha llegado á nuestros oidos, que algunos obispos á peticion de ciertas personas, dan sin razon las posesiones que pertenecen á otras iglesias; con cuya conducta se entrometen en lo que pueden en los derechos ajenos. Esto acarreará sobre ellos la maldicion del Profeta, que dijo: *¡Ay de los que juntais casa con casa, y añadís tierra á tierra, para quitar algo al prógimo!* haciéndolos además reos de sacrilegio. Por esta causa estableció este grande y universal concilio, que ninguno de nuestros hermanos y coepiscopos, ni cualquiera otra persona, pida que se le haga semejante arriendo, ni él mismo rogado por otro dé á nadie la posesion de las iglesias ajenas y estrañas, ni tampoco constituirá presbíteros ni clérigos en las iglesias que no le estan sujetas sin voluntad del obispo local. Igualmente ningun presbítero, ni diácono se introducirá para ejercer ningun oficio sagrado en la iglesia para la que no est á asignado; pues lo contrario es ilícito y opuesto á los preceptos canónicos. El transgresor de esta nuestra definicion será

clesias ingrediens, sacrum aliquid operetur, in quibus ab initio sortem minime consecutus est: illicitum enim est hoc, et omnimodis a canonicis praeceptionibus alienum. Quisquis ergo post hanc definitionem nostram visus fuerit faciens aliquid horum quae nunc interdicta sunt, separetur aliquo indicto tempore, discisso videlicet et dirupto modis omnibus locatorio pacto, quod sive scripto, sive sine scripto praeter canonem factum est. Similiter, et presbyter ille, vel diaconus segregatus sit, donec ab aliena recedat ecclesia. Quod si et segregationem contempserit omnimodis deponatur, et ab omni honore sacro deiciatur.

XXIV.

Quod non oporteat metropolitae suffraganeis suis episcopis ecclesiasticae suae metropoleos committere ministeria.

Divina scriptura dicente: *Maledictus omnis homo qui facit opus Domini negligenter*; quidam metropolitanorum in extremam negligentiam, et desidiam delapsi, praeceptionibus suis subjectos ab se adducunt, episcopos, et committunt eis ecclesiae propriae divina officia, et litanias, et cuncta omnino sacra quae ad se pertinent ministeria, ita ut per illos celebrent omnia quae per semet alacriter agere debuerint, ac per id eos, qui episcopalem dignitatem meruerunt, quodammodo clericos sibi subjectos exhibeant. Vacant autem iidem praeter ecclesiasticas leges saecularibus curis, atque dispositionibus, dimittentes perseverare in orationibus, et obsecrationibus pro suis delictis ac populi ignorantibus; quod nusquam apud aliquos penitus invenitur, cum sit canonicis nimirum contrarium omnino praeceptis: et quod saevius est, quia suis stipendiis per distinctas mensium vices praecipere dicuntur praedicta perficere ministeria; quod ab apostolico munimine modis omnibus ostenditur alienum. Haec autem omnia magnis et multis, ac vehementissimis damnationibus dignos huiusmodi statuunt; probantur enim tales per haec quae faciunt, etiam satanica jactantia et superbia languere. Quisquis ergo metropolitanorum post hanc sanctae ac universalis synodi definitionem eadem audacia vel superbia, et contemptu abusus, non per se cum timore et alacritate, seu conscientia bona, debita ministeria in propria civitate, sed per suffraganeos episcopos suos efficere tentaverit, poenas exolvat coram proprio patriarcha, et aut corrigatur, aut deponatur.

XXV.

Quod semper depositi teneantur qui consecrationem in quocumque gradu Methodii, et Ignatii sanctissimorum patriarcharum habuerunt, et Photio invasori etiam post sententiam quae synodice facta est Constantinopoli, consenserunt.

Et haec debite sancta synodus definivit, qua-

separado por algun tiempo, despues de romper completamente el pacto locatorio, escrito ó no escrito, en contra del canon. Tambien será segregado el presbitero y diacono hasta que se marche de la iglesia agena; y si no hiciere caso de la segregacion, será completamente depuesto, y privado de todo honor sagrado.

XXIV.

Que no conviene que los metropolitanos encarguen á sus sufraganeos los misterios eclesiásticos de su metrópoli.

No obstante que dice la Escritura, *Maldito el hombre que hace la obra del Señor con negligencia*; hay metropolitanos tan estremadamente negligentes y desidiosos, que hacen venir á sus sufraganeos á su ciudad, y les encargan los officios divinos de su propia iglesia, igualmente las letanias, y cuantos misterios sagrados les pertenecen, celebrándose por estos cuanto los propietarios debian hacer con alegría; de lo que resulta, que los que merecieron la dignidad episcopal se presentan como clérigos sujetos á ellos. Estos metropolitanos, en contra de las leyes eclesiásticas, se ocupan de negocios seglares, sin emplearse en orar por sus delitos y en alejar la ignorancia del pueblo, lo que es contrario á los preceptos canónicos; y es muy cruel que se diga que desempeñan los misterios eclesiásticos por un estipendio mensual; lo cual enteramente es tambien opuesto á los preceptos apostólicos. Semejante modo de obrar los hace muy reprehensibles, pues se prueba que los tales, en virtud de sus obras, estan adormecidos por la jactancia y soberbia de Satanás. Por lo tanto, cualquier metropolitano, que despues de la definicion de este santo y universal concilio, por audacia, soberbia ó desprecio, no desempeñare por sí mismo con temor y alegría, ó buena conciencia, los ministerios en su propia ciudad; y antes por el contrario, se valiere para ello de sus sufraganeos, sea castigado por su propio patriarca; y sino se corrige, sea depuesto.

XXV.

Que se tengan por depuestos para siempre los que fueron consecrados en cualquier grado por los patriarchas Metodio ó Ignacio, y se agregaron al invasor Photio despues de la sentencia sinodal de Constantinopla.

Tambien estableció con razon el santo sínodo

tenus episcopi, presbyteri, diaconi, et subdiaconi magnae ecclesiae, qui consecrationem Methodii, et Ignatii, sanctissimorum patriarcharum habuerunt, et secundum insolens illud, et durissimum cor Pharaonis obdurati sunt; et usque nunc minime cum hac sancta, et universali synodo convenerunt, sed nec nobis consonare in verbo veritatis voluerunt quinimo invasori Photio concorditer consenserunt, depositi sint, et omnino sacerdotali operatione privati, quemadmodum nec multum ante beatissimus papa Nicolaus iudicavit; et nequaquam tales in sacerdotii catalogo recipiantur, etiam si ex hoc converti voluerint; nisi in perceptione sanctificationum, (*mysteriorum*) qua dignos nullatenus eos, nisi per multam misericordiam, iudicamus; non enim sunt digni ad priorem honorem restitutionis locum per poenitentiam invenire, secundum exosum Esau, licet cum lacrymis expetisset eam.

XXVI.

Quod clericus depositus, vel injuriam passus ab episcopo suo, potestatem habeat recurrere ad majores ecclesiae catholicae principes, id est, ad summos pontifices.

Placuit et hoc sanctae synodo, ut quicumque presbyter aut diaconus a proprio episcopo depositus fuerit, propter aliquod crimen, vel si quamlibet injustitiam se pati dixerit, et non acquieverit iudicio proprii episcopi, dicens eum suspectum se habere, et vel propter inimicitiam quam erga se tenuerit, vel propter gratiam quam aliis quibusdam praestare voluerit, idcirco in se fuisse tale quid operatum, potestatem habeat ad metropolitanam ipsius provinciae concurrere, et eam quam putat injustam depositionem, vel aliam laesionem denuntiare: metropolita vero ille libenter suscipiat hujuscemodi, et advocet episcopum qui deposuit, vel alio modo clericum laesit, et apud se cum aliis etiam episcopis negotii faciat examen, ad confirmandum scilicet sine omni suspitione, vel destruendum per generalem (*amplio-rem*) synodum et multorum sententia clerici depositionem. Similiter etiam episcopos concurrere ad patriarchale caput decernimus, qui a metropolitano suis talia se pertulisse fatentur, ut apud patriarcham, et metropolitano qui sub ipso sunt, justam et sine suspitione sententiam quod movetur negotium accipiat. Insuper etiam nullomodo quisquam metropolitanorum, vel episcoporum a vicinis metropolitano vel episcopis provinciae suae iudicetur, licet quaedam incurrisse crimina perhibeatur, sed a solo patriarcha proprio iudicetur; cujus sententiam rationabilem, et iudicium justum, ac sine suspitione fore decernimus: eo quod apud eum honorabiliores quique colligantur, ac per hoc ratum et firmum penitus sit quod ab ipso fuerit iudicatum. Siquis autem non acquieverit iis quae a nobis edita sunt, excommunicatus existat.

que los obispos, presbiteros, diaconos y subdiaconos de la grande iglesia, consagrados por los santisimos patriarchas Metodio é Ignacio, y cuyo corazon fué endurecido como el de Faraon, y hasta el dia no se han puesto de acuerdo con este santo y universal concilio, ni tampoco con nosotros en la palabra de verdad; antes por el contrario estan conformes con el invasor Phocio, sean depuestos, y queden completamente privados de ejercer las funciones sacerdotales, de la manera que no hace mucho juzgó el beatísimo papa Nicolás. Tampoco serán admitidos en el catalogo sacerdotal, aunque quisieren convertirse, dejándolos solo en la percepcion de las santificaciones, de la que ni aun los juzgamos dignos sino en atencion á una larga misericordia. No son pues merecedores de que se les restituya el antiguo honor por la penitencia, segun aquel pasage de Esaú, *aunque lleguen á pedirla con lágrimas.*

XXVI.

Que el clérigo depuesto ó injuriado por su obispo propio pueda recurrir á los príncipes mayores de la iglesia católica, esto es á los sumos pontifices.

Plugo tambien á este santo sínodo que el presbitero ó diacono depuesto por su obispo propio, por algun crimen, ó si dijere que le habia hecho alguna injusticia, y no se aquietare con el fallo del obispo propio, diciendo que le considera sospechoso, ó que por enemistad que le tiene, ó por congraciarse con otros, le ha perjudicado, pueda acudir al metropolitano de la misma provincia, y participarle la injusta deposicion, ó perjuicio que ha recibido. El metropolitano le admitirá con gusto, llamará al obispo que le depuso, ó que de otra manera le perjudicó, y examinará el asunto en union de otros obispos, por los que sin sospecha alguna se confirmará lo hecho, ó se deshará por un sínodo mayor, y por sentencia de muchos, la deposicion del clérigo. De la misma manera, decretamos que acudan al patriarca los obispos que se crean agraviados por su metropolitano, para que por el patriarca y los demás metropolitanos se dé una sentencia justa y sin sospecha en el negocio apelado. Además, ningun metropolitano ú obispo será juzgado por los metropolitanos vecinos ó por los obispos de las provincias de estos, aunque hayan cometido crímenes, y si solo por el propio patriarca; cuya sentencia decretamos que sea racional, justa y nada sospechosa; pues que se reunen con él los mas honorables; de modo que se tiene por firme y valedero, lo que fallare. El que no se conformare con estas determinaciones, sea excomulgado.

XXVII.

XXVII.

De eo quod oporteat palliis propter tempora et loca definita vestiri et de eo quod nequaquam eos, qui ex ordine monachi-
eo facti sunt, conveniat schemate ac stola monachicae con-
versationis induere.

Que no conviene usar los pálios sino en el tiempo y lugares
definidos; y que los monges que llegan á ser obispos, no se
despojen del schema y estola monástica.

Secundum traditas formas per singulas provin-
cias, ac regiones, et urbes, in ecclesiasticis pro-
motionibus, et consecrationibus, illa quae indi-
cia et signa sunt ordinis qui unicuique inesse
videtur, relineri decernimus, ita, ut episcopi
quibus concessum est palliis uti, certis tempori-
bus, in eisdem temporibus, et locis, iis induan-
tur, et tanto et tali non abutantur amictu propter
typhum, inanem gloriam, et humanum placorem,
atque sui amorem; omni videlicet tempore divini
sacrificii, et omnis alius ecclesiastici ministerii,
hunc inepte portantes: illos autem qui reverenter
monasticam vitam sectati sunt, et episcopalem
meruerunt honorem, conservare schema, et amic-
tum monachicorum indumentorum, et ipsam
beatam vitam decernimus: et nullus omnino ha-
beat potestatem deponere jam dictum schema,
propter typhum, et arrogantem voluntatem, ne per
hoc inveniatur priorum transgressor pactorum:
sicut enim ibi continuus palliorum amictus, fastigio-
sum, et suae gloriae deditum demonstrat episcopum,
ita et hic depositio ac denudatio monachici ha-
bitus nihilo minus eisdem submittit criminibus
eum qui hoc fecisse captus extiterit. Quisquis
ergo episcopus praeter definita sibi scripto tem-
pora se pallio induerit, aut monasticarum ves-
tium schema deposuerit, aut corrigatur, aut a
patriarcha proprio deponatur.

Siguiendo las formas antiguas, decretamos, que
se retengan en las provincias, regiones y ciudades,
cuando haya promociones y consagraciones, los
indicios y signos del orden inherente á cada uno.
De manera que los obispos, á quienes se ha con-
cedido el uso del pálio, le vistan en determinados
tiempos, en los mismos casos y lugares, no abu-
sando de él por vanidad, gloria, deseo de agradar
á los hombres y amor propio, llevándole necia-
mente siempre que vayan á ofrecer el divino sa-
crificio ú otro cualquier misterio eclesiástico. De-
terminamos respecto á aquellos, que despues de
haber abrazado con reverencia la vida monástica
merecieron ascender al episcopado, que conserven
el *schema* y *amito* del trage monástico, observando
la misma bienaventurada vida; no pudiendo nin-
guno despojarse del espresado trage por vanidad ó
arrogancia: pues se le juzgará como violador de sus
promesas. Pues así como el llevar perennemente
el pálio indica que el obispo es vano y orgulloso;
del mismo modo, el monge que hecho obispo se des-
poja de su trage, queda sugeto á las mismas penas
que aquel á quien se probare haberle abandonado.
El obispo transgresor, provenga de clérigos ó de
monges, si no se corrige, será depuesto por su pa-
triarca.

Sancta, magna et universalis synodus, quae per divinam voluntatem, et gratiam, et sanctionem
amicorum Christi ac Deo confirmatorum imperatorum nostrorum Basilii et Constantini congregata est
in hac a Deo conservanda regia urbe, in famosissimo templo sanctae ac magni nominis Sophiae, defi-
nivit subter annexa:

Connaturale omnipotentis Dei, et Patris Verbum, quod firmavit coelum sicut cameram, et con-
struxit fines terrae, ac ceterorum universorum statum, ut insubstantialiter esset, effecit, et regit, et
continet, et salvat, qui dicit per Isaiæ prophetae vocem: *Aspice in coelum, quia coelum, ut fumus, so-
lidatum est; terra autem, ut vestimentum, veterascet: qui autem habitant eam, sicut haec, morientur; salu-
tare autem meum in aeternum erit, et justitia mea non deficiet;* qui propter nos secundum nos factus est,
et coelestem justitiam super terram plantavit, et, dixit: *Coelum et terra transibunt, verba autem mea non
transibunt:* qui dixit ad omnes qui in eum crediderunt: *Si vos transieritis in verbo meo, veri discipuli
mei eritis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.* Iste solus infinitae potentiae dominus, et Deus
noster multos quidem alios ab olim, et longe ante, homines mancipatos mendacio, et veritatis inimicos,
in agro suo, id est in ecclesia, mala zizania secundum evangelicam significationem seminantes, et
mundum frumentum divinae justitiae operire tentantes, veluti quidem sapientissimus, et omnipoten-
tissimus agricola, evulsit atque disperdidit, et ad id quod omnino non est juré convertit: salutare
autem suum semper admonendum praeparavit, et justitiam suam firmavit, et manifestationem exhibuit.
Sed nihil minus, et in instantibus temporibus zizaniorum satore, per quosdam pravissimos et pessimos
omnes, ecclesiasticum agrum inutilem reddere tentante, aequali eademque providentia, et hunc

